

## EXPLICATIO VERSUS II.

כְּגֹבְרָתוֹ *propter potentia facta ejus*: ) de quibus *Psalm. CXLV, 4. 12.* Lutherus: in seinen Thaten. Moguntina: in seinen Heerschaaren.

כְּרֹב *secundum multitudinem magnitudinis*: ) h. e. prout meretur infinita ipsius majestas atq; opera ingentia ac gloriosa. Sic *Deut. xxxii, 3.* date *מַגְנִיתוֹ* magnitudinem Deo nostro. *c. V, 24*: ostendit nobis Deus noster gloriam suam & *מַגְנִיתוֹ* magnitudinem suam, & vocem ejus audivimus è medio ignis: *c. IX, 26.* hereditatem, quam redemisti *כְּגֹבְרָתוֹ* *c. III, 24*: tu ostendere cœpisti sermo tuo magnitudinem tuam & manum tuam validam &c. Lutherus olim: nach der Menge seiner Herrlichkeit / postea: in seiner grossen Herrlichkeit. nach seiner vielfältigen Größe. ita Moguntina.

## EXPLICATIO VERSUS III.

כְּהִקְעָה *clangore buccinae*: ) non reperitur hocce nomen alibi; radix verò *קָעָה* de buccina usurpata significat firmam ipsius ad os inians admotionem, editumque h. m. sonum; vide *Pf. LXXXI, 4* (de aliis etiam rebus verbum *קָעָה* usurpari, v. g. de manu stipulata, &c. notatum *Prov. VI, 1*.) De hisce autem instrumentis musicis videri potest *Cassiodorus de discipl. math. 5 l. 2. epist. 40.* Mariana *de spectac. c. XI.* Boëthius *de musica.* Sub *שׁוֹפָר* tuba cornea comprehendendi etiam *הַצִּצְרוֹת* buccinas argenteas vel ex metallo alio factas opinatur *Kimchi.* Tubam ad neomenias, psalterium & cytharam ad diem mensis decimum, tympanum ad decem dies pœnitentiæ, organon ad festum tabernaculorum, & cymbala de Hofanna rabba refert *R. Arama.* Instrumentalem musicam in ecclesiis etiam N. T. esse licitam, dum nostrates colligunt, *Beza, Pareus,* & recentissimè, ut & fusissimè *Voëtius P. 1. polit. eccl. 2. tr. 2. c. 3.* aliique dicunt, hanc fuisse partem cultus Levitici, imò populo duræ cervicis stupidique cordis indultam; verùm quàm bene hoc conveniat cum præsentibus imperativis, Sanctorumque in spiritu lætantium praxi, viderint ipsimet. Adi, si placet, *Jac. Andr. coll. Momp. p. 391, 196.* *Balduin. in 1. Cor. XIV. p. 1. quest. 4.*

## EXPLICATIO VERSUS IV.

כְּתוֹף *cum tympano*: ) quàm inepte hinc *Gretferus* flagellationem eliciat. vide *Zeæm. carnis. p. 190. 489. 796.*

כְּתוֹף *tibia*: ) vide *Pfal. CXLIX, 3.* Moguntina: mit Drummen und Reihen. sic & *Coccejus, tympano & chorea.*

כְּמַנִּים *hydraulis*: ) *Junius & Piscator.* [de qua versione vide *sis Druf. l. XI. obs. c. 12.*] fidibus, *Campanensis & Pagninus.* (*Vulgatus: bordis.*) Lutherus: Saiten. Moguntina: Saitenspiel. Belgæ: Snaarspeel. Non legitur hæc forma uspiam alibi. *Mercerus ad Lex. Pagn.* instrumenti musici nomen, forsàs à variis & inter se distinctis chordis. [*מִין species.*] *Kimchi* tam de hoc, quam reliquis instrumentorum nominibus fatetur, eadem definiri hodie vel describi solidè non posse, qualia olim fuerint. Idem fermè habet *AbenEsra*, adjiciens, multa esse instrumenta apud *Ismaëlitas* [i. e. Turcas] incognita *Edomæis* [Christianis.] sicut & apud *Edomæos*, de quibus illi ne quidem audiverint. *R. Saadias* de variis instru-

A mentorum musicorum generibus. Sic & *AbenEsra* de variis instrumentis, quorum una symphonia. *Coccejus: varia symphonia.*

כְּעֹבֵב *organô*: ) ita *Vulgatus, Campanensis, Pagninus, Junius, Piscator.* [*Lutherus & Moguntina: Pfeiffen.*] Aliàs legitur *עֹבֵב Gen. IV, 21:* Jubal fuit pater seu autor omnium ludentium cytharâ *עֹבֵב, Job. XXI, 12:* ferunt cytharam & tympanum, & lætantur ad vocem *עֹבֵב c. xxx, 31,* factus est luctus cythara mea, & organum meum in vocem plorantium. Radix est *עֹבֵב ada-* *mavit*, eò quòd amabile sit hujusmodi organon, fistulis apè congruentibus reficere valens aures. Plura de vocabulo hoc congestit *Voëtius par. 1. polit. eccl. l. 2. tr. 2. c. 3. p. 545.*

## EXPLICATIO VERSUS V.

כְּצִלְצִלֵי שִׁמְעֵי *tarantularis sonoris*: ) ita *Campanensis.* In cymbalis, *Vulgatus, Pagninus, Coccejus, Junius, Piscator, Lutherus.* Nimirum à *צִלְצִל* palpitavit, tinnit [v. g. auris, *1. Sam. III, 11. 2. Reg. XXI, 13. Jer. XIX, 3.*] est *צִלְצִל* cymbala, *2. Sam. VI, 5.* & *צִצְרוֹת* tintinnabula, *Neb. XII, 27. 1. Par. XV, 16. 19. XVI, 42. &c.* Quapropter & hic, soni ratione habita, potius per *cymbala*, quàm *tubas* aut *tarantulara* reddendum opinamur. Sic *Hispanensis* apud *Vicarium*: Trompetis. Cymbala autem, *שִׁמְעֵי soni audibiles*, idem sunt ac, *cymbala sonora*, sicut *vox fletus* idem est ac, *flebilis Psal. VI, 9. &c.* Moguntina: mit wohl lautenden Cymbeln. Ad dimus hic illud *Scalig. l. 7 emend. rem.* qui commentum exponens *Æthiopicum* de Christianis istarum ecclesiarum refert, eos ex veteri instituto *cymbalis, cytharis & symphoniis* liturgiam adhuc hodie celebrare.

כְּרֹעָה *(cymbalis) clangentibus*: ) augetur instrumenti bonitas; plus siquidem est *הַרְוֵעָה* quàm *שִׁמְעֵי* vide *Pf. xxxiii, 3.* benefacite pulsando *בְּהַרְוֵעָה* cum clangore: *Pfal. LXXXIX, 16.* felix populus, *יִרְעֵי הַרְוֵעָה.* *Pfal. xxvii, 6.* offeram *זְבַחֵי הַרְוֵעָה* sacrificia clangoris. *Junius*: laudate eum fistris. *Coccejus, Pagninus & Vulgatus*: cymbalis jubilationis. *Campanensis*: ad hilaritatem excitantibus. Absurdum non esset, *הַרְוֵעָה* non tanquam sonum à cymbalis editum, sed iisdem potius adjunctum, accipere, videlicet de *jubilis*, qui edi solebant ab hominibus, cymbala tinnire audientibus. Huc *Lutheri* prior versio: mit Cymbeln im Jauchzen. Moguntina: mit Freuden Cymbeln.

## EXPLICATIO VERSUS VI.

כְּנֶשְׁמָה *tota ipsa anima*: ) ita *Junius.* potius *Piscator*: omnis halitus. *Coccejus*: omnis anima. *Lutherus*: alles was Othem hat. Confer *Deut. xx, 16*: non vivere permittes ullam animam: *Jos. xi, 11*: percusserunt omnem animam, quæ erat in ea: *c. X, 40*: *כָּל הַנֶּשְׁמָה* omnem animam interfecit, quemadmodum præceperat ipsi Dominus. Sic *Campanensis*: quicquid uspiam vivit. *Vulgatus & Pagninus*: omnis spiritus: puta tam irrationalis, quàm præcipuè rationalis, ad imaginem laudesque Creatoris sui factus. Aliàs *AbenEsra* *רוּחַ* collocat in corde, *נֶשְׁמָה* ceu *עֵצָה* in cerebro, *נֶפֶשׁ* in epate. *Rasche* *נֶשְׁמָה* de angelis. Nos ex *Apoc. V, 13*: declaramus: audiebam omnes creaturas, quæ in cælo &c. Versu hoc vitam clausit *Hieronymus Ripa Mediolanensis*, apud *Severan. mor. p. 266.*

הַלְלוּהָ